

DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICO-CHIRVRGICA
DE
TREPANATIONE

QVAM
SVB AVSPICIIS SVMMI NVMINIS
ET
CONSENSV GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE
P R A E S I D E
VIRO ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO ET EXPERIENTISSIMO
DOMINO

D. ANDREA ELIA BÜCHNERO
SACRI ROMANI IMPERII NOBILI,
POTENTISSIMO PRVSSIAE REGI A CONSILIIS INTIMIS,
MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE NATVRALIS PROFESS. PVBL. ORDINARIO,
FACVLTATIS PHILOSOPH. H. T. DECANO,
IMPERIALIS ACADEM. NATVR. CVRIOSOR. PRAESIDE
ET COMITE PALAT. CAESAREO,

PRO GRADV DOCTORIS
SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS ET PRIVILEGIIS
DOCTORALIBVS LEGITIME IMPETRANDIS,
D. XXIII. EFER. A. S. R. CLOCCCLII.
IN REGIA FRIDERICIANA
PVBLICE DEFENDET
AVCTOR
IOSEPHVS ROESSEL
STRIGOVIO - SILESIVS.

HALAE MAGDEBURGICAE,
TYPIS IOANNIS CHRISTIANI HENDELLI, ACAD. TYPOGR.

DISSERTATIO IN AVAGE/RATH MEDICO-CHIRURGICO

TRYPANATIOME

GRATIA

SACRA VATICANIS SUMMI NATIONIS

CONSERVA CHIRURGANICAE FACULTATIS MEDICEAE

PRESIDE

ALIO TITULARI PROFESSORIBUS ET ULTERIORIBUS

DOMINO

D. ANDREA ET AL. DA CHIENERO

PRO GRADU DOCTORIS
SUMMARIO IN MEDICO-HISTORICO ET CHIRURGICO
DOCTORIALIA HABENDA EXERCITANTIA
IN RATIO THERAPEUTICA
MEDICO-CHIRURGICO TRACTATUM

PRO GRADU DOCTORIS
SUMMARIO IN MEDICO-HISTORICO ET CHIRURGICO
DOCTORIALIA HABENDA EXERCITANTIA
IN RATIO THERAPEUTICA
MEDICO-CHIRURGICO TRACTATUM

IOSPHAS ROESSE

IN AVAGE/MICERMANIEGAE
TEN IODINI CHIRURGANI HENDRIKI ACER. TULINGE





§. I.



Si unquam efficacior generosiorque existere videtur medicina, certe operatio ista chirurgica, qua, modioli ope, cranii ossa perforantur, nomen istud sibi vindicare poterit. Sive enim locum spectes, ubi eadem suscipitur, qui omnium nobilissimus est; sive instrumentorum farraginem, quibus perficitur, intuearis; sive periculosissimas, quae exemplo saepe eadem deliniuntur, afflictiones contemplaris, dicti veritatem satis superque inde elucescere perspicies. Quodsi enim effectus, qui supremam istam corporis partem vulneratam, distractam, contusam, impressam, commotam, fissam dilaceratam-

A 2 que,

4 *Dissertatio inauguralis medico-chirurgica,*

que, concomitantur, animo probe perpendis, sanc
illos nec periculo, nec gravitate aliis, a funestissi
mis licet morbis inductis, minores esse deprehen
des. Quodsi autem hisce malis nullam aut certe
insufficientem medicamentis tuis, si etiam exquisiti
tissima essent, adferre poteris medelam, modiolo
autem in auxilium vocato ad optimum felicissimum
que scopum pervenis; anne istam operationem ef
ficacissimae medicinae nomen mereri putabis? Re
ste iudicas: namque quod medicina non valet, fer
ri adminiculo sanatur & sanari debet. Noli igitur
turbari, si quis nostram chirurgiam supervacaneam
haud raro, interdumque incasum fuisse adhibitam,
percrepat. Nihil id eius detrahit efficacie, & fu
nesti eventus ratio nunquam in ipsa operatione po
sita est, sed in laesioris gravitate semper erit qua
renda a). Et quis, quaeso, tandem erit, qui ope
rationem nostram heroicam nominandam esse dis
sentiet? quum non modo in nobilissima corporis
parte, sensationum humanaarum sede, celebretur, sed
etiam Chirurgum requirat expertissimum, summa
prudentia, docta scientia, magnoque simul animo
instruatum, immisericordem ac intrepidum, sic, ut
sanari

- a) Variâ opprobria, quibus nostra operatio petitur, & pro
summe difficulti, dolorifica, periculosaque reputatur, quid?
quod tamquam inutilis atque inanis damnatur, scite & ele
ganter reprimere conatus est celeberr. *Georg. Aug. LANG
GVTH*, in *Diss. de Terebratione capitis, Chirurgia genero
sa, nec ita difficili detectabilique*, Resp. *Tob. Wagner*, Vi
temb. 1748. ventilata.

fanari velit illum, quem accipit, non ut clamore eius motus, vel magis, quam res desiderat, properet, vel nimis, quam necesse est, terebret, sed perinde faciat omnia, ac si nullus, ex vagitibus alterius, assetus oriretur b).

¶. II.

Symptomata, quae hominem in summum vitae periculum coniiciunt, & extemporaneam hanc medicinam urgent atque requirunt, maximam partem ex capitis laesionibus oriri solent. His omnes ac singulae craniī partes patent, cutis nimirum cum supposita adipe, musculi, horum aponeuroses atque tendines, & pericranium; quemadmodum etiam hoc referuntur plagae, quibus ipsa ossa, cranium formantia, laeduntur, deprimuntur, franguntur atque finduntur, & quae tandem ipsi encephalo eiusque membranis inferuntur.

¶. III.

De capitis autem vulneribus in genere notari meretur, I) quod quaedam funestam suam indolem non statim prodant, sed aeger frequentius ab omni periculo immunem se ipsum non modo sentiat, & etiam ab adstantibus talis habeatur, post aliquot vero dies, quid? quod septimanas, prorsus inopinati eveniant lethalis morbi & encephali graviter laesi characteres, quos ipsa mors deinde repentina subsequitur. *Theophilus BONETVS* plures ex Autribus de eiusmodi vulneribus, quae, ab initio flocci habita, post aliquot demum menses mortem indu-

A 3 xere,

b) CELSVS Lib. VII. Praef. p. 433. Edit. Wedel.

6 *Dissertatio inauguralis medico-chirurgica,*

xere, collegit observationes c). Notabile quoque exemplum refert *Fabri*cius **HILDANVS** de virgine, quae, neglecto parvo capitis vulnere, septimo die praeter opinionem extincta fuit d). Similem histriam notavit *Georg.* **RIE**DLINVS de iuvene, leviter ab hero suo in fronte vulnerato, qui quidem nil sinistri primis passus est diebus; ait septimo die febre atque convulsionibus oppressus obiit e). *Ioh.* **BOHNIVS** ex **PAWIO** refert, quod quidam ab ebrio in bregmatis os dextrum poculo stanneo fuerit concussum, nec aliquid fissi in osse deprehensum, pancreatico valuerit & obambulaverit, donec post decimum mensem, inter ambulandum vertigine subito correptus, conciderit & brevi post obierit f). *El.* **CAMERARIUS** tardiorum acuti atque immedicabilis mali progressum a vulnera crani neglecto notavit, quod die septimo & vigesimo mortem insitum g). Memorabilorem adhuc casum litteris mandavit doctiss. *Ioh.* **Sebast.** **ALBRECHT**, de laesione capitis gravissima, post sextam septimanam demum lethali, ubi illud maximam meretur attentionem, quod aeger, per lapidem in caput eminus iam graviter laesus, ex alio pago, in quo id passus fuit, adhuc domum reverti potuerit; quod nullis

e) Sepulchr. anatom. Lib. IV. Sect. III. p. 1557 seq. *Io. scvl-*
TETVS Obs. XIII. p. 198.

d) Cent. I. Obs. XXI. p. 86.

e) Observat. Chirurg. XXX. p. 17.

f) De renunciat. vulner. Sect. II. Cap. I. p. 136.

g) Act. Natur. Cur. Vol. II. Obs. CXLIX. p. 345.

divexus symptomatibus febrilibus, absque vomitu, omnibus functionibus, tam naturalibus, quam vitalibus, etiam animalibus, (si paralysin excipias, quia latus sinistrum proximis diebus adficiebatur,) usque ad finem vitae fere integris, ultra sex septimanas superstes vixerit; quod etiam in initio, exterius in capite, nil nisi levis fugillatio circa nasum observata fuerit, cum tamen os in plures partes diffractum, cerebri involucra perforata, sub fractura in corticale cerebri substantia plures sinus ulcerosi, ad ventriculum sinistrum anteriorem progredientes & ultra uncias tres ichoris fundentes, oculis secantis se se obtulerint, insuperque etiam, ulteriori examine instituto, totius sinistri haemisphaerii interior substantia corrupta deprehensa fuerit, ut vix ventriculi discerni potuerint, quae materia fluxilior profunde penetraverat, & non solum medullam oblongatam inundabat, sed etiam, intra colli vertebrae descensu facto, in interstitia medullae spinalis transferat *b*). Clariss. Chrift. Frid. IOERDEN斯 vedit cranium pueri a lapsu fractum, ipsam cerebri substantiam lacrimam & effusam, puerulo interim per octodecim dies in statu fatis securo constituto, eodem autem die gravioribus symptomatibus afficto, quae usque ad octavam septimanam perdurarunt, tandemque acgrum sustulerunt *i*). Exigua ecchymosis, prout RAVATON commemorat, ab isttu glandis plumbeae in dextro osse parietali, militi nihil periculi metu-

b) Act. Nat. Cur. Vol. VI. Obs. 123. p. 413.

i) L. cit. Vol. VII. Obs. 107. p. 379.

8 *Dissertatio inauguralis medico-chirurgica,*

metuendum esse persuasit; ast post sextam septimam dirissima extemplo symptomata comparuerentur, quae etiam aegrum vita tandem privarunt: antequam autem hoc contigit, eius cranium trepano perforatum fuit, quo non solum cognoscetatur, quod interior dicti ossis tabula ab exteriori ultra octo lineas remota fuerit, & in hoc interstitio magna grumosi sanguinis copia collecta haeserit; sed etiam post mortem in interiori tabula multae fissuræ, sinus longitudinalis superior in saniem mutatus, & in ipso cerebro multis ichor, deprehendebantur k).

§. IV.

Praeterea etiam II) minima interdum circumstantia, ira v. g. apprehensio, metus, profusum gaudium, exercitium venereum, capite lauciatis, post longam moram, in summum vitae periculum coniucere valet, adeo ut laesus, qui se tutum nunc putat, & haud monitus intemperanter agit, (loquor cum Illustr. PLATNERO,) fiducia secundae valetudinis opprimatur l). HILDANVS hoc confirmat exemplo iuvenis, cui caput vulneratum & cranium fractum erat, symptomata autem omnia delinita, qui tamen nihilominus, elapsò decimo quarto die, cum aliis adolescentibus ipsum ad iram provocasset, in febrem & phrenesin incidens, quarto post die e vita discessit m). Alius iuvenis vulnere capitatis cum

fractura

k) Tr. des Playes d'armes à feu, par Mr. RAVATON, Chap. II.

Obs. III. p. 87.

l) Institut. Chirurg. ration. §. 412. p. 318.

m) Cent. I. Obs. 17. p. 81.

fractura laborans, quinta hebdomade, omnibus iam iam symptomatibus debellatis & vulnere cicatrice pene obdueto, cum scorto rem habuit, sed paucas post horas incidit in febrim ac dolorem capitis, longe quam antea vehementiorem, latus oppositum resolutum, symptomata singulis momentis ingrauefcentia, quarto tandem die libidinosum hunc extinxerunt *n*). Alius iterum puer, a vulnere crani cum contusione & fractura fere restitutus, ob tympanorum murmura, plebisque strepitus prope cubiculum, in febrem acutissimam cum delirio incidit, & quarto die e vita discessit *o*).

§. V.

E contrario III) experientia commonstrat, quae-
dam capitis vulnera, quae gnaro cuique vehe-
menter suspecta & lethalia habentur, quandoque spon-
te natura, aut per medicamenta, iterum curata fuiss-
se, licet aegri maximos errores in diaeta, aliisque
rebus ad vitam & sanitatem conservandam valenti-
bus, perpetraverint, imo ipsa cerebri substantia con-
sumta, aut pure exesa fuerit, & ex vulnere effluxer-
it. Talem mirabilem historiam iam iam **G A L E-**
N V S in scriptis suis reliquit de adolescente, qui vul-
nus, in anteriorem usque cerebri ventriculum pe-
netrans, accepit, & nihilominus, cum rectae rationis
usu, superstes mansit *p*). Omnem fere fidem exsu-
perat

B

perat

n) Cent. I. Obs. 19. p. 84. Conf. etiam *Frid. HOFFMANNI* Diff.
de morbis ex nimia Venere oriundis.

o) loc. cit. Obs. 20. p. 85.

p) De usu partium Lib. VII. Cap. X.

10 *Dissertatio inauguralis medico-chirurgica,*

perat historia, quam *Ludov. Franc. MANN* e recenset: Vir nempe triginta annorum in itinere i^ctu lapidis, in dextra & superiori ossis coronalis parte, vulnerabatur, nullum vero infecatum est symptoma, ex quo fracturam cranii quisquam suspicatur; nullus enim sanguis per os, nares, vel aures effluebat, nec quidquam observatum est, quod periculum ostendere potuisset. Laesus iter suum adhuc per tria millaria prosequebatur, ea nocte etiam rem cum uxore habebat, & altero die, quo Avenionem veniebat, a Pharmacopola balsamum Arcae & emplastrum de betonica accipiebat, quod imponebat. Interim comedebat, dormiebat, nullumque in capite dolorem sentiebat, gestandis oneribus & terra fodienda aliisque muneribus occupabatur, sicque per viginti dies omnibus liberi aëris iniuriis sele exponebat, ut & noctu sub dio & arbo-re decumberet. Cum vero vulnus haud consolideretur, in valetudinarium publicum deferebatur. Exploratione instituta, nihil, praeter carnis fungosae copiam, animadvertebatur; postea tamen, cum ulcus ob maiorem vim puris dilataretur, ossis fragmentum, superioris tabulae pars, detegebatur & edicebatur, quam inferior omnino solida & illaes^a adhuc esse videretur. Interea vulneratus quotidie obambulabat & munia sua perficiebat; sed suppurratio, in singulos dies aucta, effecit, ut Chirurgus ulcus specillo adhuc exploraret, quod nunc altius & in ipsum cerebrum demittere poterat. Inveniebatur mox aliud laminae vitreae fragmentum, quo educto, & simul

Simul detecto cerebro, maxima suppuratio facta est, ita ut ulceris, meningibus & cerebro infidentis, ambitus monetae duodecim solidos valenti peripheriae aequiparari possit. Finita dein suppuratione, cerebrum, quod exesum erat, iterum increvit, & vacuum replevit; meninges tandem quoque coibant, os etiam reparabatur, ita ut aeger, foramine replete, penitus convaluerit q). Non minus quoque sequens historia observatione digna est: Iuveni 26. annorum bregmati os dextrum sagitta, ferrea cuspidate armata, in medio transfigebatur: laetus dum sagittam educere tentabat, lignum prope cuspidem frangebatur & in vulnere remanebat; interim aeger ad septimum usque diem bene se habuit. Facta tunc incisione inventum fuit os bregmati rotundo foramine pertusum, & cuspis sagittae in conspectum veniebat. Modiolo bis admoto, & dura matre incisa, cuspis sagittae nondum eximi poterat. In latere vulneri opposito paralytica contingebat relaxatio, ingens suppuratio exoriebatur & multae fungosae carnes accrescebat. Post tertium mensem cu-

B 2

spis

q) *Observations de Chirurgie, au sujet d'une playe à la tête, avec fracas & une piece d'os implanté pendant un mois dans le cerveau, sans aucun symptome. Avignon 1729.* Hanc historiam, ob raritatem, in compendio adduxerunt & Auctores Commercii litter. Nor. Ann. 1731. p. 166. & PLATNERVS l. c. §. 513. p. 319. Plures eiusdem farinae historias vide sis apud HILDANVM Cent. I. Obs. 13. p. 66. PVRMANNVM in Chirurg. Cur. Part. I. Cap. II. p. 11. in Hist. de l'Acad. des Scienc. de Paris, Ann. 1706. Obs. 11. & in Aet. Wratislav. Ann. 1726. M. Ian. Clasf. IV. Artic. XV. p. 119.

12 *Dissertatio inauguralis medico-chirurgica,*

spis in ipsa cerebri substantia tangebatur, quam quidem Chirurgus removere tentabat, sed convulsiones statim accedebant, quae eductionem impediabant. Quarto mense fere elapsso, sponte sese cuspis in vulneris apertura offerebat, quae nunc tenaculo absque ulla noxa eximebatur, & vulnus, post 20. demum dies adeo periculosum, cicatrice obducebatur r). Nonnulla quoque *Parisi* communica-
runt exempla eorum, quorum medulla oblongata globulo plumbeo fuit laesa atque destruēta, qui nihilominus tamen iterum penitus convalluerunt s). Summam quoque attentionem meretur observatio, quam Clariſſ. Daniel HOFFMANN, de violenta cerebri laceratione, minus tamen lethali, communica-
vit t): Puer sex annorum ungula equi percutiebatur, cuius vi pars ossis coronalis, floreni amplitudinem referens, disfringebatur, ruptis una meningibus, ut cerebrum penitus denudatum pateret, cuius & dein haud exigua pars, cum in putredinem tenderet, eximebatur. Puer interim absque sensu & motu, per quinque dies convulsus, iacuit, sed de hinc loquela & liber mentis usus rediit, ipsaque demum consolidatio feliciter successit. Liceat adhuc unam ex novissimis historiam in medium proferre: Miles accepit vulnus, a glande per sclopetum emis-
sa,

r) Journal des Savans, l'an. 1735. M. Avril, p. 490.

s) Memoires de l'Academ. de Chirurg. p. 312.

t) Acta Natur. Cur. Vol. IV. Obs. XC. p. 343. Conf. quoque

Vol. V. Obs. LIV. p. 203. & Ioh. Wilb. ALBRECHT Obs. anatom. § 13.

fa, in dextro bregmatis osse, quod non solum inde
frangebatur, sed etiam circa medium depresso
erat, glans autem ipsa, una cum fragmentis ossis, in-
tra cerebrum penetravit. Interea vulneratus nil
sensit dolorum, de nulla re conquestus est, omnia-
que sibi competentia, tanquam perfecte sanus, per-
egit. Prima hinc deligatio simplicissimo admini-
strabatur modo: in secunda autem ultra decem
fragmenta, in meninges & cerebrum infixa, exime-
bantur, & ex vulnere dilatato denique etiam glo-
bulus educebatur, tanta tamen cum difficultate, ut
duae horae vix sufficerint. Magna postea iuppu-
ratio fuit oborta, quae Chirurgum coegerit, ut ter
de die vulnus a sordibus liberaret. Tandem aeger
optime convaluit, licet minus accuratam victus &
vivendi rationem observaverit u). Plura eiusmo-
di graviorum laesiorum, praeter spem & opinio-
niem sanatarum, exempla exposuit Illustr. Dn. P R A E-
S E S, in Dissert. *de Vulneribus cerebri non semper le-
thalibus.*

§.

Quoniam igitur laesiones capitis violentiae incertum fere semper exitum habent (§. III. IV. V.), & a Medico nihil certi in iis pronuntiari potest: idcirco eo illum in primis respicere oportet, ut ex symptomatibus certior reddatur, an a plagiis capiti inflictis interiores nobilissimae partes laesae sint nec non? Quodsi itaque laetus ad terram procumbit, sensibus omnibus privatur, ita ut stupidus evadat, ocu-

B 3

u) RAVATON L. C. Chap. II, Obs. 6. p. 100.

14 *Dissertatio inauguralis medico-chirurgica,*

lis non videat, nec auribus audiat, si contenta ventriculi evomit, si sanguis e naribus auribusque profluit, & optimis remediis w), Venaesctione etiam larga saepiusque repetita, clysteribus, fusculis resolventibus, vulneris, si praefto est x), dilatatione, nihil efficitur, signum sane est, intus laesas esse nobilissimas partes, ita, ut aut dura mater, per plagam inficietam, separata sit a cranio, aut forte rupta, aut vasa eiusdem, ut & cerebri, a vehementi commotione distenta ac dilacerata, id quod in primis solet incidere, si in calvaria nec rima, nec fractura, nec in integumentis contusio aut dilaceratio deprehenditur y), insuperque aeger in loco quodam certo ac fixo dolorem sentit, quem etiam manus ad hunc locum applicatione haud raro indigitat.

§. VII.

Laesiones autem, quibus calvaria obnoxia est, pluribus modis eveniuntur. Vel enim os acuto inciditur instrumento, vel frangitur, vel deprimitur, vel finditur. Suum est cuilibet laesioni peculiare nomen. Simplex incisio & continuitatis ossis solutio,

w) vid. Illustr. HEISTERI Chirurg. Part. II. Cap. 41. §. 2. p. m. 484.

x) Interdum, licet funestissima encephali sit laesio, breviisque mortem adferat, in integumentis ne minimum quidem laesioni signum adparer. Vid. HILDANVS Cent. I. Obs 21. p. 86. LITTMANN Med. For. p. 1512. Memoires de l'Acad. Royal. des Sciences, Ann. 1705. p. 68. Commerce, litt. Norimb. an. 1731. p. 269. & an. 1734. p. 85.

y) vid. de la MOTTE Tr. complet de Chirurgie Tom. II. des playes de la Tete, Obs. 24. p. 107, & Obs. 27. p. 117.

δέσια, vel *sedes*, nuncupatur. Si in linea recta facta fuit incisio, Graeci hanc *έπικοντην* nominarunt, quae vel *simplex* esse potest, vel *cum fractura aut contumione* combinata. Posterioris exemplum affert LE
DRAN, ubi ab ense acuto ossis frontis anterior & media pars incisa, lamina interna autem a diploë ad interiorem usque superficiem conquassata, & macula nigra corrupta, insimulque dura mater ab osse dimota, inque interstitio, ut & inter illam ac piäm matrem, multa purulenta materia collecta deprehendebatur z). Si ensis oblique in calvariam impedit, obliqua haec incisio *διπλωτὴν* adpellatur. Si denique pars cranii ense horizontaliter fuit ablata, dicitur *ἀποσκεπαζομός* a). Quandoque os non diffingitur, sed tantum deprimitur, id quod plerumque in puerorum ossibus, quae adhuc mollia & flexilia sunt, contingere solet, nihilo minus tamen ad ultorum ossa quandoque deprimuntur b). Talem depressionem Graeci *Θλάσιν* vel *Θλάσιν* nuncupant. Raro periculosa symptomata ipsi accedunt, licet forsitan in ipso iectu aut casu reiectione contentorum in ventriculo per vomitum, quemadmodum HILD.
NIVS observavit c); interea nunquam illam sper-

nendam

z) Tom. I. Obs. 27. p. m. 137.

a) SCVLPTETVS Obs. 17. p. 201. LE DRAN l.c. Obs. 24. p. 123.
PLATNERI Progr. de curatione τρία *ἀποσκεπαζομένα* in cal-
va, Lips. 1737.

b) Casf. MAGATVS de rara medicatione vulnerum, Lib. II.
Cap. 19. p. 165. Edit. Cregut.

c) Cent. II. Obs. 5. p. 20.

16 *Dissertatio inauguralis medico-chirurgica,*

nendam esse censet; siquidem mentis imbecillitatem & stuporem inde oboriri d), caputque catarrhis obnoxium reddi posse, experientiae suffragio probat: id quod tamen non perpetuo accidere, ipsi comper-tum habemus cum aliis e). Novimus enim iuvenem, qui in pueritia casu ab alto quatuor foveas accepit, nulla unquam subsecuta stupiditate aut catarrhosia cerebri defluxione. Aliud laesioris genuis est, quando os non solum deprimitur, sed simul etiam frangitur, quod ἀνθλαστις Graecis dicitur. Hoc plerumque accidit adultis f), & interdum non nisi interior ossis vitrea lamina iectu deprimitur g). Haec laesio magni semper est momenti, quandoquidem fragmenta ossis depresso duram cerebri meningem fortiter urgent, premunt, inflammationes, ulcerationes, convulsiones, paralyses, febres, mortemque ipsam plerumque inducunt. In hoc casu trepanatio non utilis modo, sed quoque summe necessaria est. Certe quidem sumus persuasi, quod multorum ita vulneratorum vita conservari potuisse, si in tempore operationi sese submississent, nec adeo illam reformidassent: interim tamen non possunt

d) Cent. III. Obs. 21.

e) GEO. DETHARDING Quaest. An sub depressione crani huius elevatio per manualem operationem chirurgicam sit necessaria? Rost. 1732. PLATNER. l. c. §. 556. p. 349.

f) HILDANYS Cent. II. Obs. 4. p. 9. SCVLTETVS Obs. I. p. 176. II. p. 184. VI. p. 187. IX. p. 195.

g) SCVLTETVS Observ. XIV. p. 199. RAVATON l. c. Chap. II. Obs. 3. p. 87.

possimus non, quin moneamus, in fracta depresso-
que simul calvaria non statim ad operationem acce-
dendum esse Chirurgo; si quando enim accidit, ut
pars aliqua cranii ita sit perfracta, ut fragmenta di-
gitis aut forcipe eximere queat, indeque rima satis
pateat, qua effusi humores exitum inveniant, non
opus erit cranii perforatione h); & nequidem sem-
per necesse est ut omnia eximantur fragmenta, sed
relinquenda sunt quae non pungunt & adhuc for-
titer adhaerent, quippe quae iterum integro ossi,
solius naturae ope, adglutinari per experientiam
constat. Ubi autem operatio absolute requiritur,
melius est, ut os, quod simpliciter depresso est,
debite prius elevetur i), aut prope os desidens for-
amen modiolo fiat, quo elevatorum applicari pos-
sit: terebrâ enim, quam *Tirefond* appellant, os de-
presso attollere velle, non satis tutum est, siqui-
dem semper metuendum est, ne instrumento hocce
os magis perfringatur; nec terebra in os, quod un-
dique vacillat, absque periculo adigi potest.

§. VIII.

Haud raro os, ubi iustum accipit, funditur, ut ri-
ma in eo excitetur, quae modo patentior, modo
angustior est. Prior vocatur ἔωγμη, fissura, Gallis
fisure; posterior τεχισμός, sive ἔωγμὴ τεχώδης, Gallis
fente capillaire, quia adeo exigua est, ut vix oculis

C

se

b) Le DRAN Tom. I. Obs. 20. p. 103. GARENGEOT des Ope-
rations Tom. III. Obs. 24. p. 189.

i) GARENGEOT des Instrumens Tom. II. Cap. 3. Artic. XI.
& XIII.

18 *Dissertatio inauguralis medico-chirurgica,*

fese manifestet. Quodsi autem os in alia parte, quam quae percussa fuit, fnditur, *ἀπόχημα* audit, vel *resonitus*, *contrafissura*. Eiusmodi resonitus varii sunt modi *k*). Frequentissimus est, ubi non solum illud os, quod ictum sustinet, fnditur, sed fissura etiam ad alia ossa pertingit. Talem horrendam fissuram Clariſſ. *Io. Phil. BVRGGRAVIVS* Iun. describit: Duplex erat, & prima, eaque superior, in sinistro osse parietali a medio circiter suturæ lambdoideæ incipiebat, per dictum os nonnihil deorsum & antrorum, per os temporum, ad os zygomaticum pergebat, inde per os sphaenoides transiens, hoc totum per ipsam medium sellam equinam dividens, in dextro osse petrofo, transversim etiam filo, terminabatur. Altera fissura, in eodem sinistri bregmatis osse occurrentis, priori paulo inferior, a sutura pariter lambdoidea incipiebat, & in osse temporum definebat. Duplex haec fissura oriebatur, dum homo ebrius ex equo præcipiti lapsu in terram coniiciebatur *l*). Huic fere similem fissuram Excellentiss. *Phil. Adolph. BOEHMERVS* vidit in puerō, cuius non solum dextrum os bregmatis a casu quodam fissum erat, sed fissura etiam inde per medium ossis occipitis & os sphaenoidale transit, & in sella equina terminabatur *m*). Quandoque os, quod

k) *Paul. AMMANNVS* octo species recenset in *Diss. de Resonitu*, *Lipſ. 1674. Cap. II. §. 4.*

l) *Commerc. litt. Norimb. Ann. 1732. p. 269.* Vid. etiam ann. 1734. p. 85.

m) *Institut. Oſteolog. p. 126.*

quod percutitur, in alia parte simul finditur *n*). Aliquando aliud os finditur, & aliud percutitur *o*). Haud raro etiam lamina calvariae externa integra manet, interna autem diffinditur *p*). Rarissimum est, si aliud os ictum accipit, & lamina interna alterius ossis inde frangitur *q*).

§. IX.

Fissum os, ob succum depravatum, corrumptur, & partes adiacentes etiam inquinat, hinc metus, ne cariosum fiat. In hoc igitur statu optimum est, totum os modiolo excindere, quamvis fissura nonnisi ad diploēn usque penetraverit, aut ab acuto instrumento per incisionem producta fuerit *r*). Multi quidem praestantissimorum Chirurgorum fissum os solummodo radunt, & ita fissuram extin-

C 2 gvunt;

- n*) *H.F. ab AQUAPENDENTE* Opp. Chir. Lib. II. Cap. XIV. p. 49.
Henr. Sigism. STOSCHII Diff. de resonitu experientia probato, Argentor. 1722. Cap. II.
- o*) *Petr. DIONIS* Cours des Operat. p. 536.
- p*) *PLATNER* l.c. §. 531. p. 333. & 334. *Acta Nat. Cur.* Vol. I. Obs. CCVIII. p. 452. *GARENGEOT* des Operat. Tom. III. Obs. 12. p. 128.
- q*) Tale exemplum refert *MISCHEL* apud *GARENGEOT*, l. cit. Obs. 13. p. 134. ubi os bregmatis dextrum percussum, lamina autem interior sinistri ossis distracta fuerat.
- r*) *Les coups tranchans*, inquit *RAVATON*, qui n'intéressent que la première table, sont insinuement plus facbeux que ceux, qui mettent le cerveau à découvert, ou qui s'enfoncent même dans sa substance, & demandent toujours l'opération du trepan, quoique il ne paroisse aucun accident. l.c. p. 70. 71.

20 *Dissertatio inauguralis medico-chirurgica,*

gvunt; perforationem tamen ideo maxime praeferrandam esse censemus, quia plerumque sub calvaria humor extravasatus haeret. Tantum autem abest, ut trepanationem in omni fissura perpetuo necessariam iudicemus, ut eam potius in quibusdam casibus damnemus & tanquam superfluam reputemus; saepius enim rimae, si nullum aliud periculose accedit symptomata, callo sponte implentur, praesertim si ampliores sunt, ut satis exitus vitiatis humoribus pateat, sique per integrum os penetrarunt, ut inde etiam liquida, sub calvaria extravasata, libere expurgari possint ^{s).} Multum tamen in hoc statu confert, sanguinem tempestive detrahere, alvum officii monere & inflammationem optimis remediiis discutere.

§. X.

Quodsi itaque post acceptam plagam superius dicta symptomata (§. VI. VII. VIII. & IX.) accedunt, nimirum si calvaria fracta, contusa aut fissâ est ^{t),} aut si sub calvaria integra, ab encephali commotione, sanguis ex vasibus disruptis profusus stagnat ^{u),} idque

^{s)} Vid. SEVLTETI Armam. Chirurg. p. 102. & Obs. I. p. 176.

^{t)} Contusio & fissura calvariae semper peiora symptomata producunt, & omnium Chirurgorum consensu longe peioris ominis sunt, quam ipsae fracturae; quo minor enim est corporis percussoris actio in calvariam, eo maior est in encephalum, prout etiam nuperime RAVATON, propria experientia suffultus, affirmat, i.e. p. 31. 32. 71. 100.

^{u)} Huius conditionis signum certum PETITVS inde desumere ausus est, si non statim post illatum ictum, sed post aliquod

tem-

idque vel supra duram matrem, vel infra illam; aut si dura mater ictu ab osse divulsa fuerit *w*), id quod plerumque fieri solet, ubi exterius, tam in calvaria, quam integumentis, nulla laesioris signa adparent; aut si periosteum dilaceratum & contigitum est, & naturalem suum deperdidit colorem *x*); aut si os a naturali colore in nigricantem vel brunnem permutatum est; aut si denique ictus solummodo per primam tabulam transiit: in his casibus, inquam, necesse est calvariam modiolo excindere. Denique etiam caries aut multo post accidit, aut a

C 3

causa

temporis intervallum, sensuum & intellectus privatio ob-
oritur: e contrario meram & solam encephali commotio-
nem factam esse iudicat, si immediate inflammatam laesionem
omnium sensuum abolitio subsequitur; ideoque non nisi
in priori casu ad nostrani generosam operationem acce-
dendum esse statuit. Vid. *Memoires de l'Acad. de Chir.*
p. 198. At enim vero haud ita pridem *SHARPVS*, Chirur-
gus Anglus sat isclarus, prius hoc in dubium vocare
coepit, atque contrarium accidere saepius se observasse re-
statur. *Critical Enquiry into the present State of Sur-
gery, Chap. VI. p. 237.* Nec minus *RAVATON* haec signa,
a *VETITO* excoxitata, pro maxime aequivocis habet, & com-
motionem cerebri omnibus calvariae contusionibus, fissu-
ris atque fracturis, plus minus implicata esse, ino ipsam
sanguinis effusionem in ipso ictus momento fieri, sympto-
mata autem modo citius, modo tardius, pro ratione quan-
titatis sanguinis effusi, pro subiecti constitutione, ipsius-
que commotionis gradu maiori minorive, adparere, firmo
experienciae tali suffultus, pronuntiat, l. c. p. 66. 72. 74.

w) Le DRAN Tom. I. Obs. 26. p. 136. & Obs. 27. p. 142.

x) RAVATON l. c. p. 33.

22 *Dissertatio inauguralis medico chirurgica,*

causa interna sola excitatur, quae Trepanum aequem,
ac priores laesiones, requirit. Vitium enim istud
latius serpit, ossa penitus corrodit, ipsumque ence-
phalum vehementer adficit. Sedes huius vitii est
in diploë, cuius substantia oleosa & pinguis cel-
erime corruptitur, rancida sit, & os plenarie de-
struit. Huic itaque vitio nulla certior nullaque
evidentior medela opponi potest, quam heroica no-
stra medicina, quippe quae sola illud extirpare va-
let. Tali modo SCHÜTZERVS, Chirurgus inter
Suecos clarus, foeminam triginta annorum, cui os
bregmatis dextrum carie exesum fuerat, optimo
succesu a labe ista, iam diuturna ac molesta, libera-
vit, postquam modioli bis adhibito totum os vitia-
tum a sana parte abstulit atque separavit y).

§. XI.

Dantur etiam alii morbi, quibus interdum
Terebratio capitis medelam adulit. *De la MOT-*
TE viro per longum temporis spatium Epilepsia,
nullis remediis nequidem minienda, adficto, tre-
panationem proposita, illamque, cum aeger eius
consilio morem gereret, tanto cum successu admi-
nistravit, ut, quamdiu cranium apertum manebat,
ab omni insultu immunis manserit. Ast, facta cir-
culi exfoliatione & foraminis repletione, morbus
quidem recruduit, ita tamen, ut tardius rediret, ci-
tius finiretur, aegrumque, quem antea semper ex
improviso & desubito in terram prosternebat, nunc
semper

y) Sam. SCHÄRSCHMIDT Medicin. und Chirurg. Nachrichten
I. Theil p. 27.

semper de adventu admoneret ^{z).} Celeberr. Dn.
D. LANGVTH in milite, proprie quidem ob vul-
nus capitis, in loco vulneri opposito trepanationem
adhibuit, quia aeger digitis indicabat, latus illud
male esse adfectum; postea vero inaudivit, illumi-
diu in hoc latere cephalaea fuisse vexatum, quae,
operatione hac peracta, prorsus siluit, & nunquam
postea rediit ^{a).} Nobis etiam notum est exem-
plum generosae foeminae, cui cranium, ob diutur-
nam cephalaeam, per duodecim annos durantem,
modiolo, tanquam ultimo ancipitique remedio,
apertum fuit. Finis etiam exoptatissimus in tan-
tum fuit obtentus, ut tamdiu ad minimum nullum
plane dolorem sentiret, donec foramen novo osse
duroque iterum fuit opertum, ubi sensim sensim-
que dolores recruduerunt, longe tamen, quam an-
tea, tolerabiliores. Pluribus insuper, si spatium
permitteret, confirmare possemus testimoniis, in
melancholia, mania & hydrocephalo interno, cra-
nium, haud absque morbi ad minimum mitigatione,
modiolo quandoque apertum fuisse. Nollemus
autem dictam hanc operationem in eiusmodi malis
promiscue commendare, siquidem causa illorum
efficiens plerumque longe altiores egit radices,
quam ut foramine facto eliminari queat.

§. XIII.

^{z)} L. cit. Obl. 37. p. 183. Cranium praeter modum durum &
crassum, omnique diploë penitus desitutum invenit Chi-
rurgus, id quod Medici ipsi adstantes pro causa mali ven-
ditabant.

^{a)} Dissert. cit. §. XVII. p. 19.

24 *Dissertatio inauguralis medico chirurgica,*

§. XII.

Non omnis autem aetas apta iudicatur ad operationem hanc sustinendam, siquidem nonnulla, quae naturaliter in corpore humano eveniunt, illam tuto non admittere videntur. *Infantum* primo ossa non aequa facile, ac adulorum, franguntur aut finduntur, quia mollia sunt ac cerea quasi, & longe facilis deprimuntur, quam dicto modo laeduntur. Nimum etiam modiolo cedunt, unde sub ipso operationis actu graviora metuenda erunt damna. Nihilominus tamen in infantibus interdum cum successu felici institutam fuisse trepanationem, observationes testantur. Sic *Walth. SCHVLZE* in infante modiolum bis adhibuit *b*). *DIONIS* in puerula, absque ullo periculo, duodecies hanc operationem suscepit *c*). Celeberr. *LANGGVTH* puerulo 6. annorum, cui a lapsu in caput ex secunda aedium contignatione os bregmatis dextrum & fissum & depresso erat, terebram quinta die, prope os, applicavit, tali cum eventu, ut puerulus intra sex mensium spatium ad votum curatus fuerit *d*). Deinde etiam in *senibus* melius omittitur nostra operatio heroica, quam quidem instituitur: horum enim ossa licet duriora sint, ob virium tamen defecuum, ob animi imbecillitatem, aliaque huic aetati familiaria symptomata, haud facile concedenda est: at enim vero ubi nihil horum deprehendiatur,

b) Vid. eiusd. *verletzen Kopff*, Cap. IX. §. XV. p. 141.

c) L. cit.

d) Diff. cit. §. XVIII. p. 20.

tur, tunc hi quoque tali operationi sese submittere possunt, & solus annorum numerus ad contra-indicationem non sufficit.

§. XIII.

Non omnis porro *locus* in calvaria aptus est, ut terebrari possit, nisi summa forsitan adforet necessitas e^o). Hinc primo omnes vitandae erunt *suturae*, dum his dura mater & pericranium fortiter adhaerent, & prioris fibrae ac vasa ad hanc externam deducuntur membranam; unde suturae impediunt, quo dictarum membranarum denudatio non apte fieri queat. Et quod speciatim attinet suturam sagittalem, huic processus falciformis cum sinu venoso maiori substernitur, quemadmodum sub sutura lambdoidea maiores sinus, *laterales* dicti, continentur, quibus omnino parcendum est; quum insuper quoque in universum omnes suturae, ob struturam suam, difficilem reddenter modiolli rotationem. Praestat igitur in his locis operationem non admittere, quam cum periculo administrare. DIONIS tamen super suturam coronalem modiolum applicavit f^o). Plura etiam talia PLATNERVS adfert exempla g); quibus tamen non obstantibus eius potius subscribimus sententiae, nunquam scilicet a circumspecto Chirurgo tentandam esse suturarum terebrationem, quamvis temeritas nonnullos adiuerit; praestare potius, si prope suturam laesio

Dicitur illi proptereT occur.

e) REISTERI Chir. l. c. p. 485. §. 4.

f) l. c. p. 537.

g) l. c. §. 545. not. p. 342. 343.

26 *Dissertatio inauguralis medico-chirurgica,*

occurrit, os utrimque perforari. Quaedam dein ossa ab usu modioli, necessitate haud iubente, libera sunt relinquenda. Quod attinet *os frontis*, illud ideo modiolum non perfert, quia & processum, & sinum venosum recondit. Evidem *Gregor. HORSTIUS* vulnus, quod *os frontis* dividebat, adhibito modiollo curavit *b)*, in quo loco autem instrumentum suum adposuerit, non satis adcurate notavit. In inferiori parte, supra utramque orbitam, laminae ossis frontis, ad formandos sinus membra-na pituitaria obductos, ab invicem recedunt, insuperque os interius inaequale est: in hac sede igitur pariter ab operatione hac abstinentum est, siquidem modiolus inter utramque laminam non modo haereret, sed etiam dictam membranam laederet, dolores ingentes, fistulamque deinde efficeret *i).* Nec minus *temporum ossa*, ob teneritudinem, situaram squamosam, vasa maiora arteriosa, interius & exterius adposita, musculumque ipsum temporalem, qui, si maior eius pars discindi deberet, officio suo ad manducandum amplius fungi non posset, haud tuto ferunt efficacem hanc chirurgiam. Eo maiorem hinc meretur attentionem observatio, quam *Lazar. RIVERIUS* communicat: Vir nempe quadragenarius vulnus in dextra regione temporum accepit, quo *os subiectum* insigni fractura af-ficie-

b) Opp. Tom. II. Lib. II. Obs. 8. p. 64.

i) Hanc rem singulari studio Celeberr. LANGGVTH exposuit, in Progr. de *sinus frontalis vulnera sine terebratione curando*, Vitemb. 1748.

ficiebatur. Chirurgus trepanationis necessitatem advertens, supra musculum crotaphitem cruciatam fecit incisionem, modiolum admovit, ossa depresso reposuit, aegrumque, omnibus convenienter administratis, ad pristinam valetudinem feliciter perduxit k). Sic quoque PETITVS quater ossi temporum fisco modiolum adcomodavit l). Porro quoque occipitis ossi modiolus haud secure admovendus est, nisi in laterali & summa parte, futuris lambdoideis proxima. In inferiori enim sede variis tegitur musculis m), in media vero & interna parte inaequale est, ob tuberculum, quod ex duabus spinis constat, una nempe oblonga, transversa altera, & ubi sinus falcatus in duos laterales dividitur, qui utrinque excurrunt, & intra septum transversale, quod inter cerebrum & cerebellum est, continentur. Denique nec os, quod vacillat, modiolum ferre potest, sed is nonnisi in vicinia adplicandus est, quemadmodum etiam super *osse carioso* talis operatio cum difficultate peragitur. Fissa pars quidem excidi debet, ast cavendum, ne clavus in ipsam demittatur fissuram. Si autem rima lata est, vel os ense incisum hiat, tunc trepanum, si eius usus

D 2

neces-

k) Oppi. p. 686. Obs. IV.

l) GARENGEOT l.c. Obs. XIII. p. 134. Vid. quoque DIONIS Demonstr. VI.

m) Hae carnes tamen Chirurgos quosdam non impediverunt, quin ipsum os occipitis in inferiori sua regione terebraverint, postquam prius musculos dissecarunt. Petr. SIM. ROHAVLT *Traité de playes de tête*, p. 91. sqq.

necessarius est, iuxta plagam, & reliquo exiguo interstitio, est adplicandum. Tandem etiam ea loca vitanda sunt, ubi maiora vasa egrediuntur; id quod praecipue in postica & superiori parte ossis bregmatiis animadvertisit, ubi haec ossa inter se & cum occipitis osse coniunguntur n).

§. XIV.

Quodsi nunc Chirurgus iudicat, trepanationem instituendam esse, antequam ad illam accedit, instrumenta prius & linamenta in ordinem sunt redigenda. Quae ad manus esse debent instrumenta, sequentia sunt: 1) *cultur incisorius, bistouri* dictus; 2) *terebellum*, quo foramen in os, quod excidendum est, efficitur; 3) *modioli tres*, imis oris ferrati, diversae amplitudinis, cum manubrio o); 4) *clavus* per medium modiolum demittendus, ut ipsi modioli iter eo firmius inprimi possit p); 5) *machinamentum*, quo clavus iterum ex modiolo educitur; 6) *cul-*

n) Vid. WINSLOW Expos. Anatom. Tr. des Os sees, Tom. I. p. 56. §. 211. Edit. Amstel.

o) Trepanum ab HIPPOCRATE vocabatur πελων χαρακτος, *terebra cava & ferrata*; modum isto utendi describit Lib. de Capit. vulner. Sect. VI. p. 191. Ed. Foci. CELSVS vocabat modiolum, aut χωνικον, Lib. VIII. Cap. 3. p. 539. reliqui Graeci χωνιδα, fuitque terebra cava ferrata & dentata. Aliam etiam terebrain habebant acutam & rectam, πεγρίγον dictam, qua ossa perforabant. Ut silentio τοις αβαπτισούς præterream, quos invenies apud PARAEVM, Opp. Lib. IX. Cap. 18. & SCVLTEVM, Armat. Chir. Tom. II. fig. 3. 4. 5. 6.

p) CELSVS l.c. p. 540.

6) *culter*, cuius *cuspis lenticula munita* est; 7) *instrumentum*, quod inferius orbiculum habet, & *meninx gophylax* adpellatur q); 8) *vectes* aliquot variae magnitudinis; 9) *terebra*, qua os e calvaria excisum evocatur, *Tirefond* dicta; 10) *penna succisa*, vel *specillum*, quo foraminis altitudo exploratur; 11) *peniculus*, ad scobem, quae trepano & incisurae adhaeret, exterminandam; 12) *penicilli aliquot*, ad humorem, qui sub calvaria, vel cerebri membrana concretus est, excipiendum; 13) *volrella*, qua offis minora fragmenta educuntur; 14) *culter anceps*, *Lancette* dictus, quo, linamentis involuto, vel etiam mudo, dura meninx inciditur, si vitiata est, aut humor sub ea concretus haeret.

§. XV.

Linamenta, quibus foramen impletur, ita ordinanda sunt: 1) *Linteolum rotundum* ex sindone, quod filum in medio habet, & calvariae subiicitur; 2) *pulvilli orbiculati*, quibus foramen repletur, & vitiatae carnis ex cerebro eruptio impeditur; 3) *pulvilli aliquot variae magnitudinis*, qui os contengunt; 4) *emplastrum*; 5) *fascia Couvre chef a Gallis* vocata, ad linamenta firmando & totum caput contegendum; 6) *lumina minor plumbea rotunda*, foraminibus praedita & ansis instructa, cuius inventor est **BELLOSTE**, quaeque ad cerebrum continendum & fungositatem avertendam adhibetur.

§. XVI.

Antequam autem Trepanum admovetur, ne-

D 3

cessē

q) Idem ibid. p. 542.

30 *Dissertatio inauguralis medico-chirurgica,*

cessè est, ut capilli deradantur, & nisi a vulnere iam facta fuerit divisio, os ab integumentis suis atque periosteo denudetur. Cultello igitur acuto haec inciduntur, ut plaga ita pateat, quo instrumentum firmari possit. Plures autem sunt modi incisurae: aut enim fit duabus lineis se intersecantibus, aut in circulum ductis, quibus pars orbicularia simul excinditur; aut duea fiunt incisurae ad figuram literae T, id quod magis commodum est, si prope futuram foramen faciendum; aut incisio fit ad similitudinem literae V, quae in primis opportuna est, si temporalis musculus dividendus est ita, ut apex incisionis in infima eius parte, basis autem in summa, & ad os parietale fiat r). Incisione quounque modo facta, inter cutis dissectae angulos & calvariam linamenta immittuntur, ut sanguis non modo ex dissectis integumentorum vasis profluens cohibeatur, sed locus etiam, cui modiolus adaptatur, amplior inde reddatur. Anguli autem cutis, aut forfice, ne Chirurgum impedian, statim resecantur, aut solum reclinantur & cerato muniuntur, ipsumque dein vulnus pulvillis siccis, vel cum alcohol vini irroratis & expressis, deligatur. Hoc facto, operatio ad octo aut duodecim horas differunt s), donec sanguinis fluxus Chirurgo non amplius

r) Tali modo fibrae huius musculi omnium minime dissectantur; interim tamen etiam Chirurgi absque noxa in eo cruciatam fecerunt sectionem. GARENGEOT l. cit. p. 179.
§. 9.

s) HIPPOCRATES tertio demum die terebravit. L. c. p. 186.

plius sit impedimento. Quodsi autem conditio circumstantiarum extemporaneam postulat operationem, haec absque mora etiam institui potest, & si maior arteria fortassis fuerit dissecta, haec aut comprimi, aut ligari debeat.

§. XVII.

Ut autem trepanatio rite administrari possit, necesse est, aegrum, remotis prius linamentis, ita collocari, ut crano modiolus perpendiculariter accommodari queat, quod etiam a famulo firmiter in eodem situ continetur *t*). Chirurgus ergo primo terebellum acuminatum manubrio inmittit, & crano foramen imprimit, ad quod quinque aut sex rotationes sufficiunt *u*). Deinde modiolum ipsum adhibet, clavo instructum (*§. XIV. n. 4.*), trepani capitulo sinistram manum imponit, & super illam aut mentum aut frontem collocat *w*), dextra manubrium

t) Nonnulli, quando terebrant, aures aegri bombace obturare solent, quia auditus laesionem a motu riment; istam autem obturationem pro superflua & minus necessaria merito reputamus, & hinc absque ullo inde metuendo damno eandem omitti posse censemus.

u) Exercitatores Chirurgi terebellum hocce acuminatum non adhibent, sed statim modiolum adplicant, qui clavum in medio haberet.

w) Melius est, mentum admovere, quum sic oculis suis liberius uti possit Chirurgus. Ast, si ossa fracta & nutantia modiolo subiicienda sunt, tutius est, nec frontem, nec mentum capitulo imponere, sed potius manu suspendendum, in hoc statu, erit instrumentum; si enim frons aut

mentum

32 *Dissertatio inauguralis medico-chirurgica,*

brium circumagit cum modestia & debita circumspetione. Si modiolus sufficiens vestigium sibi effecit, is eximendus est, ut clavus cum peculiari instrumento (§. XIV. n. 5.) emitti possit. Trepanum, quod antea *más* vocatum fuerat, nunc, clavo demto, *foeminae* cognomen gerit, quo ulterius terebrationis negotium absolvitur. Si illud aliquoties in orbem ductum fuit, iterum eximitur *x*), & cum penicillo ab adhaerente scobe liberatur, insimulque foraminis altitudo penna succisa, aut specillo, diligenter exploratur. Talis autem enchiresis in eductione est adhibenda, ut, antequam modiolus eximitur, paululum prius reducatur, ita enim cum facilitate sequitur, cum alias maior vis sit adhibenda, & metus insuper accedat, ne ora eius diffringatur. Semper etiam necesse est, si modiolus iterum adaptatur, ut ab initio in adversam partem paululum ducatur. Si porro modiolus in una parte profundius, quam in altera, penetraverit, quod in primis in ossibus bregmatis incidere solet, quae non ubique aequaliter

mentum impositum fuerit, semper maior erit pressio, quam quidem necessitas & opportunitas postulant.

- x)* Antiquioribus in more positum erat, post quamlibet exemptionem trepanum in oleum rosaceum immergere, ut scobs decidere, & instrumentum commodius circumagi posset: imam quoque ferramenti partem in aqua simplici, aut rosacea, aut lacte madefecerunt, ut istud, ex rotatione calefactum, iterum deferveret. HIPPOCRATES l.c. p. 191. CELSUS l.c. p. 540-541. Mos vero iste exolevit, & nostri, ad prius impedimentum tollendum, peniculo utuntur, posteriori autem repetita eductione praeccavent.

ter convexa sunt, oportet Chirurgum ita illum ducere, ut in elatiori parte paulo fortius inprimatur, donec fulcus aequalem profunditatem undique iterum acquisiverit y). Insuper etiam necesse est, ut semper duo modioli, aequalis diametri, ad manus sint, ut, si forsitan unus inter terebrandum quocunque modo laedatur, alter statim applicari possit.

§. XVIII.

Si ad medium ossis modiolus pervenit, id certe ex scobe cognosci potest, quae nunc rubicunda evadit z). Lentius autem & modestius tunc terebrandum, modiolus saepe educendus, diligentiusque succisa penna explorandum, an ossis excindendi portio vacillare incipiat: nam ubi scobs albida esse deprehenditur, & in fundo incisurae color coeruleus conspicitur, scito, os fere totum esse perforatum. Si id animadvertis, *terebra cochleata* (§. XIV. n. 9.) sinnui in medio ossis excindendi insculpro immittenda & remotio tentanda; quem in finem etiam *elevatorio* (§. cit. n. 8.) succurrendum. Educta ossis portione a), *meningophylax* applicatur (§. cit. n. 7.), quo dura mater deprimitur, ad exitum humoribus extra-

E vaſa-

y) Hoc monitum iam sapiens dedit *HIPPOCRATES l. c. p. 192.*

z) Notandum, non semper rubicundam scobem apparere, id eoque non cognosci posse, utrum ad diplōēn perventum sit, nec ne. Subinde enim craniī lamellae ita sunt concretæ, ut unicam quasi efficiant lamellam; & craniī istud medullarium in infantibus, pueris & senibus, nunquam plerumque observatur. *De la MOTTE Chirurg. l. c. Obs. 37. p. 184. 187.*

a) SHARPIVS hoc peculiari forcipe peragit, cuius figuram vide apud PLATNERVM Fig. XII.

34 *Dissertatio inauguralis medico-chirurgica,*

vasatis aut materiae purulenta concedendum, qui
ulterius promovetur, si aeger caput in latus reclinat
& spiritum retinet, aut tussit b). Postea *cultus lenticularis* (§. cit. n. 6.) in usum trahitur, quo eminen-
tiae marginis auferuntur, isque debite laevigatur, ne
durae matri forsitan inde, a punctura carumdem, da-
mnum inducatur. Monendum tamen, & orbiculum
membranae custodis, & capitulum cultri lenticularis,
prius quam ad duram matrem adplicantur, intra
Chirurgi manum calefacienda esse, ne ob frigus
membranam afficiant.

§. XIX.

Quodsi dura mater corrupta fuerit, aut humo-
res sub ea stagnant, aut festucae, huic impaetae, abs-
que graviori detimento tolli nequeunt, haec cultro
ancipiti, absque periculo, prudenter potest incidi.
Incisio autem in tali loco est suscipienda, ubi magna
& copiosa vasa illam non perreptant. Quando fra-
gmenta in duram matrem impegerint, haec nunc
removenda sunt, aut si cranium solummodo depres-
sum fuerit, fovea quoque proportionato elevatorio
iterum attolli potest.

§. XX.

Foramine facto, necesse est, ut aér frigidus &
humidus, in primis autem impurus, avertatur, &
quantum possibile, emendetur. Frigidus enim aér
tenerrima vascula laedit; humidus vero partes ni-
mis laxat & emollit. Patet hinc operationem aut in
cale-

b) Quidam etiam ope errhini sternutationem excitandam sua-
dent, sed hunc modum, ob fortrem concussionem, reieimus,
& cum ill. HEISTERO pro insecuro reputamus. L.c. §. 8. p. 490.

calefacto cubiculo instituendam, aut carbonario & suffimentis, ut mastiche, olibano, succino, &c. huic defectui succurrendum esse, id quod praesertim deligationis tempore observari debet, quoniam vulnera nulla re magis, quam aere gravi, impuro, gelido, aut nimis calido infestantur, prout hoc fusius demonstravit Illustr. Dn. PRASES, in Dissert. de aëris exteriori noxii in cura vulnerum. Inde etiam sit, ut in maioribus nosocomiis tardius plerumque laesi ad sanitatem perveniant, dum aëris ob ingenem talium aerorum copiam, putridis communiter exhalationibus admodum ibidem est inquinatus c).

§. XXI.

Deligatio sequenti modo administratur: Linneolum rotundum ex sindone (§. XVI. n. 1.), filo pendente firmatum, vel purum, vel spiritu vini, aqua felopetaria, aut essentia balsamica, quae tamen absque salis alcali additione parata esse debet, aut *balsamo Fioravanti* d) imbutum, ad meningen usque demittitur intra foramen, quod paulo maius esse debet. Huic superponuntur duo aut tres pulvilli orbiculati (*Bouydomets*), quibus totum foramen impletur. His deinde imponuntur pulvilli siccii, omniaque emplastro de Cumino aut de Betonica obteguntur, & totum caput fascia operitur (§. cit. n. 5.). Haud abs re quoque erit, sacculos resolventes simul in usum vo-

E 2 care.

c) vid. DIONIS I.C. p. 555. & Illustr. van SWIETEN Comment. in Boerh. Aphor. §. 200. p. 319. Ed. L. B. Tom. I.

d) Hoc in primis optime conductit, si aliqua cerebri pars iam corrupta est, aut si dura mater inflammata vel corrupta existit. Prius ex rubore, posterius ex albore cognoscitur.

36 *Dissertatio inauguralis medico-chirurgica,*

care. Quibus observatis, deligatio, pro circumstan-
tiarum conditione, quotidie felim vel bis, aut ter
continuatur, donec omnis materia peregrina ab-
sumta & margo foraminis separata fuerit, id quod
plerumque intra spatum quadraginta dierum fieri
solet, si felix est eventus. Materia expurgata, intra
biduum saltem aut triduum deligatio peragitur; ni-
hil enim magis, teste experientia, consolidationem
promovet, quam rara vulneris medicatio.

§. XXII.

Aliquando necesse est, ut cranii perforatio re-
petatur e): non semper enim ex una apertura hu-
mores heterogenei omnes exitum inveniunt; nec
semper locus attingitur, ubi intus laesio facta est; nec
omnia sub cranio haerentia fragmenta ex uno for-
amine debite educi possunt; nec omne cariosum una
eximi potest perforatione. Novum igitur, in his
casibus

- e) Hoc absque ulla noxa saepiuscule factum esse, Auctorum
exemplis probari potest. SCVLTETVS cranium septies mo-
diolo perforavit, *Obs. V. p. 185.* Comiti Nassoviensi Philip-
po, cum equo decidisset & in palum impiegisset, cranium vi-
cies septies, incredibile dictu, modiolo fuit excisum, prout
narrat CORN. STALP. VAN DER WIEL, *Obs. med. chir. Cent. I.*
Obs. 8. MAKESCHALL in puella duodecies illam administra-
vit; vid. DIONIS l.c. p. 567. PETIT quater super osse tem-
porum fillo instituit. GARENGEOT l.c. p. 134. ALBRECHT
eandem ter in osse adhibuit coronali; COMMERC. LITTER.
Nor. 1735. p. 321. Vedit etiam VATERVS in nosocomio Lipsi-
ensi foeminae tertium modiolum ex voto applicari, refe-
rente LANGGVTHIO in *Diss. cit. §. XV. p. 7.* Plura adhuc re-
petitarum terebrationum exempla allegat ILLUSTR. ALBERTI
in *Iurisprud. med. Part. II. p. 289. & P. III. p. 556.*

casibus, iuxta priorem aperturam perficiendum est foramen, ita, ut prioris margo simul comprehendantur, aut, si osseum interstitium relinquitur, id deinde exscindatur (§. XII. n. 13.).

§. XXIII.

Accidit interdum, ut substantia ista, quae ex dura matre exoritur, in fungum abeat, & citius, quam ad implendam necesse est aperturam, in maiorem molem excrescat, id quod in primis continere solet, si vel ipsa dura mater deperdita, aut cerebrum ulceratum fuit, cuius rei plures esse possunt causae: modo enim ad tale vitium aliquid conferunt medicamenta pinguia & emollientia, quae plane in his vulneribus exulare debent, modo aer impurus, modo laxior aut frequentior deligatio, modo operatio tardius instituta. Summe tunc necessaria est **B E L L O S T I I** machina (§. XV. n. 6.), aut duriores ex linamentis formati glomif^f), quibus excrescentia impediatur. Quodsi autem fungus iam in molem maiorem accretus fuerit, optimum est, illum aut filo serico circa radicem arctius constringere, donec emarcescat & decidat g), aut penitus exscindere. Medicamenta enim, quae a quibusdam adhibentur, acria esse debent, si absuntio speranda foret, sed hanc quoque ob rationem semper periculosa sunt.

§. XXIV.

Tandem monendum est, quod, qvum heroina nostra operatio, ratione eventus, ambiguum &

E 3 anceps

^f) PLATNERVS l. c. §. 571. p. 365.

^g) Vid. NVCKII Experiment. chirurg. p. 17.

anceps constituunt remedium b), & Medicus de eius felici successu a priori convictus esse nequeat, is in proponenda hac medicina summe circumspectum prudentemque se gerere debeat, ne illam aut nimis abhorreat, aut indiscretum commendet, & dein, fatali eventu haud subsequente, in famae periculum incurrat. Et quamvis ipsa illa vix unquam maior aegris inferatur noxa, magis tamen sibi & famae consulit, si, cum praecipue iamiam ab initio lethalitatis adiungunt signa, illam omittit, ne mortem aegri accelerasse videatur.

T A N T V M.

b) Illustr. HEISTERVS l.c. §. 3. p. 484.

NOBILISSIMO ATQUE PRAESTANTISSIMO
DOMINO CANDIDATO

S. P. D.

P R A E S E S.

Multis & magnis saepius circumscriptam esse difficultatibus utramque Medicinam, tam quae manu medetur artificiosa, & solidarum corporis humani partium laesiones violentas apte & convenienter tollit, quamquae innumerar, in ipsa hac machina variis modis genitas & collectas, morborum causas investigare, & selectis adpropriatisque remedii prudenter removere intendit, ipsa quotidiana abunde satis docet experientia. Merito hinc necessitas postulat, ut, pro vario talium difficultatum & impedimentorum gradu, alia atque alia subinde excoigitentur inque usum trabantur auxiliarum genera, modo mitiora, modo fortiora & activiora, modo denique magis generosa & prorsus heroica, quae ultima tamen summa non nisi cum prudentia & commen-
danda

danda & adhibenda sunt, ne, speratae utilitatis in locum,
graviora forsan inducant damna. Probe in primis hoc et-
iam tenendum est ab iis, qui Chirurgiae operam navant, ut-
pote cuius effectus, tam salutares, quam noxii, inter omnes
Medicinae partes semper evidentissimi sunt. Saepius enim
haec talia posulant & absolute requirit auxilia, quae summe
dolorifica & per quam beroica sunt, quibus non levari, sed
magis excruciarvi videntur miserrime iam afflidi, quae, ut
graviter iam vulnerato nova infligantur vulnera, exigunt,
& vel exinde, quod sperato non semper gaudeant successu, cre-
berrimam praebent occasionem, ut peritiissimos etiam artifi-
ces temeritatis arguant illi ad minimum, qui ignorant, mi-
nime temerarium esse, quod prudenter deliberatum & curio-
se circumspetum agitur. Optime idcirco egisse mibi vide-
ris, CLARISSIME DOMINE CANDIDATE, quod, gravissi-
mam illam chirurgicam operationem, craniī nempe perfo-
rationem, expositus, ad amissim omnia illa demonstrave-
ris, quae profeliori inde obtinendo effectu stricte utique sunt
observanda. Decernere enim, utrum illa, tanquam necessa-
ria, suadenda & instituenda sit, nec ne, id, dici vix potest,
quam obscurum saepe sit, quantisque involutum difficultati-
bus. Gratulor tibi idcirco animitus egregium bocce eru-
ditionis haud vulgaris specimen, & temporis apud nos opti-
me collocati praeclararum documentum. Gratulor feliciter
nunc emensum studiorum academicorum stadium, egregios-
que illos, quos laudabili assiduitate tibi comparasti, profe-
ctus. Gratulor denique summos, quibus mox, ex merito, or-
naberis honores, Deumque T.O.M. precor, ut ulteriores tuos,
in artis nostrae exercitio, conatus, omnis benedictionis &
prosperitatis genere beare dignetur, quo amplissimos tandem
fructus, Patriae proficiens multisque aegris saluberrimos,
professe queas. Dab. Halae Magdeburg. d. XIX. Februar.
MDCLII.

Molto



*Molto Illustrē ed Eccellente Signore Candidato
Padrone colendissimo!*

Si dice quasi ogni giorno in proverbio: al Medico all'Avocato non tenere il ver celato. Considerando questo detto, e la stretta unione de' nostri cuori non posso celare à V. una verità la quale troverà nel mio giubilo, c' hò concepito vedendo, che la di lei diligenza straordinaria, colla quale si diede al nobilissimo studio Medico vā esser degnissimamente coronata. E per questo felice avvenimento il voto giustissimo adempito, e confirmato ch' il guiderdone della virtù e la gloria. Con quanta gloria riverrà adunque V. la cara nostra patria, la dilei carissima famiglia, e tutti quelli, chi la stimano infinitamente. Darei calci al vento e pugni a l'aria, s'io volessi fare què il panegirico del merito singularissimo; farei l'istesso nel raccontar i miei obliqui verso di lei. Pertanto V. non havrà cagione di maravigliarsi, ch'io ardisca presentarle la mia gratulatione divotissima per bramare ch' Iddio la conservi, e la dia ogni contentezza desiderata. Mentre arrofisco di vergogna vedendo non restarmi, che le parole per controcambiar i favori ricevuti dalla sua benignità, mà non desidero altro ch' una occasione favorevole per testificare il mio zelo nel effetto. Niente dimeno impiego le parole per scongiurar la sua gentilezza d'esser persuasa ch'io farò per tutto con una stima particularissima

D. V.

Halle li 19 Febraro 1752

*suisceratissimo servo
PAOLO GAMBS,
di Troppavia in Silezia, Maefro di Filosofia e studiante delle leggi.*

Domine Doctorande, Amice aestumatisse!

NVnC CopIosa VenIt CoLLAtI MeſſIs honorIs:
CoLLigIs hos frVCtVs, qVos tVVs arVVs haber;
hVnC qVIA ContInVIſt tVDIIs CoLIs atqVe Labore,
ſIC, qVae frVCtſICat, ſInt noVa Dona tIſI,
qVaLIA VIX gens prIſCa ſViſ DoCtorlbVs aptis
ContVLIt; hInC DoCtor, qVI ſapiſ, Ita CapIſ.
atqVe Ita VIX CoLVIt LaVDes HippoCratIſ ante
graeCia, Vt naLa tVas ConCeLebrare VIDet.

sospes,

sospes, a MICE, tVos IgItVr Venerare penates,
tot spolii Dives VIVE, VaLe, atque faVe
ei,

humilitate sinceritate fidelitate
obseruantissimus devotissimus constantissimus
servus cultor amicus

MATTHIAS HAFFNER,

Med. Stud. Alsatia-Collariensis, Opponens,

Die Weltweisheit und Meditrine
Erschienen mir mit holder Mine
Und lächelten Zufriedenheit,
Ihr Anblick machte mich erfreut.
Will mich das Götterpaar bewegen,
Das Corpus Iuris wegzulegen,
Dass ich Astraea ungetrenn,
Ihr künftiger Verehrer sey.

Sey unbesorgt! rießen beide,
Erwach' heut zu Lust und Freude,
Dein Liebling, unser wahrer Sohn,
Erlangt von uns des Fleisches Lohn,
Wir krönen Ihn mit Glück und Ehren,
Er faste eifrig unsre Lehren,
Und drang in unser Heilighum,
Drum zierte Ihn heute Würd und Ruhm.

Freund, Deine selne Tresigkeiten
Und reizende Vollkommenheiten,
Dein kluges Wissen, Dein Verstand,
Sind mir schon längstens wohl bekannt,
Der Doctor-Hut zierte Deine Scheitel,
Und ist mein frommer Wunsch nicht eitel,
So soll dis Vorrecht nicht allein
Ein Lohn vor Dein Bemühen seyn.

Mit diesen wenigen Zeilen bittet sich ein stetes
Anhänger aus, des Hrn. Auctoris ganz er-
gebenster Freund und Diener,
Bernard Ezech, d. R. B.
F. Mons.

Monsieur.

Je crois, Monsieur, que vous n'avez jamais célébré un jour aussi content, que le présent, & personne n'en doutera, considerant, que vous venez, après avoir dédié toute votre diligence aux études les plus solides, recevoir la plus grande dignité dans la Medicine, que vous avez mérité il y a déjà long tems. C'est par conséquent un honneur pour moi, ou plutôt un devoir de moi, de partager avec vous la joie, que j'en ai conçue; je fais en même tems les voeux les plus ardens, que le bon Dieu vous donne tout le succès, que vous désirez dans cette art salutaire. Néan moins il ne me reste aucune doute, que vous ne me conserverez l'honneur de votre cher souvenir, & que vous ne me continuerez la faveur de votre bienveillance, je ne manquerai non plus, de m'acquitter de mon devoir, de vous rendre les très-humbles respects, qui peuvent être entremis d'un ami vers l'autre. C'est dans ces pensées, que je serai incessamment avec un attachement tout particulier

Monsieur,

Halle, le 19 Fevrier
l'année 1752

Votre très-humble serviteur

PIERRE GAMBS,
de Trebnitz en Silesie, Etudiant en droit.

PRAENOBLISSIMO ET ORNATISSIMO
DOMINO CANDIDATO
DISSERTATIONIS AVTORI DOCTISSIMO
AMICO AMICORVM OPTIMO
S. P. D.
FRANCISCVS NIETSCHKE
Trebnicio-Silesius.

Ita natura comparatum est, ut quo plus homines sapientia ac
solida doctrina praestant, eo magis benignitate atque humilitate excellant, & qui minimum vel vita, vel sermone peccent,
iidem

iiidem sint ad aliorum magis errata condonanda proclives. Ne
mirare iraque, *Vir Praenobilissime*, quod has litteras, à tenui Musa
profectas, ad *Te* dare ausim. Qui enim probitatis eximiae, eru-
ditionisque nomine mihi ab eo iamiam tempore, quo ambo in
Alma Universitate Leopoldina versabamur, satis notus es, hac
profecto fidentis animi sinceritate à me adeundus, ut, quae ser-
monis suavitati deficiunt, tenerrimo cordis affectu meo, tuaque
humanitate compensentur. Cum nempe in publicum prodis
Theatrum litterarum, ut doctissimam defendas Dissertationem
Tuam inaugurealem, in qua obscura quaeque illustrantur arque
patefcunt, enodantur irretita, perplexa explicantur, inhonestum
mihi foret ac turpe, si, acclamantium amicorum coetui iunctus,
sine mentis gratulabundae significacione scripta hunc diem pree-
termitterem. Ingenerasti mihi suavitatem incredibilem, tam *Tua*
consuetudine, quam erudita scriptione. Nova tractandi metho-
dus excitavit in me admirationem, scribendi ratio absolutissima
iucunditatem; quis enim eam legit, quis familiari confuetudine
Tuam doctrinam experitur, qui non adducatur in dissidentiam
scribendi, agendi, sicuti *Tu*? Quis, qui dotes animi egregias, &
naturae & industriae, *Tibi* non invideat? Sed haec tantisper
mitto, nolo enim in *Tua* laudes plus, quam modestia *Tua* patia-
tur, excurrere, & longior fieri quam par esset, si hisce affectibus
meis, quanquam aliqui veris atque sinceris, nimis indulgeant,
qui *Te* amo, semper in oculis fero, cuius virtutem praedico, ami-
citiam veneror, atque honores gratulor. Quam ob rem tametsi
rudes planeque illitteratas litteras ad *Te* dare mihi distuli, in
quibus certe ut minus elaboratae, neque ad amissim exactae
orationis diligentiam *Tu* ipse deprehendes, ita meam erga
te amicitiam atque observantiam testatam *Tibi* volo atque im-
pense cupio, hoc unicum enixe rogans, si quid ad obsequendum
paratissimo, si quid possum officio promereri, ut me in amico-
rum *Tuorum* numero conservare velis, quod ego, dum spiritus
hos regit artus, ingentis in me collati beneficij loco libenter
habeo. Vale. Dabam Halac propter Salam, d. XI. Cal. Martii
q. I. 1700. LII.

PRAE-



PRAENOBILISSIMO ATQUE DOCTISSIMO
DOMINO CANDIDATO

AMICO IN PAVCIS IVCVNDSIMMO

S. P. D.

FRIDERICVS LANGERV,

Art. med. Cultor. Freiberga-Sil.

Diu multumque haesi, quid potissimum in Te laudum conferrem, quippe nulla satis digna occurrebat. Sed quo diutius ambigavi, eo incertior evasi. Enim vero maturato opus erat; proinde gratulandi spartam alacris suscepit, hoc Te non audacie, sed amicitiae, quae inter nos iam per sat longum temporis spatium fuit coniunctissima, daturum, & praeterea id, quod verborum deest ornatui, non voluntati meae, quae quidem est sacerissima, sed virium renitenti tributurum esse consilus. Ut vero paucis dicam multa, honores in Medicina summos, quibus Te agnoscere dignissimum, ex animo Tibi gratulor, exoptoque ut insignis scientia Tua medica & in Tuum, & Tuorum, & societatis humanas gaudium cedat atque felicitatem. Vale! & reseroram hancce amitiae prout Tibi candide exhibeo, ita & Tu candide accipias rogo atque obsecro enixissime. Dabam in Friericianae die XI. Calend. Martii eis ICCCCLII.




01 A 6602

ULB Halle
002 932 512

3



B.I.G.



DISSE^RTAT^O IN AVG^RALIS MEDICO-CHIRVRGICA

DE

TREPANATIONE

QVAM

SVB AVSPICIIS SVMMI NVMINIS

ET

CONSENSV GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE
P R A E S I D E

VIRO ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO ET EXPERIENTISSIMO
D O M I N O

D. ANDREA ELIA BÜCHNERO

SACRI ROMANI IMPERII NOBILI,
POTENTISSIMO PRUSSIAE REGI A CONSLIIS INTIMIS,
MEDICINA ET PHILOSOPHIAE NATVRALIS PROFESS. PVBL. ORDINARIO,
FACVLTATIS PHILOSOPH. H. T. DECANO,
IMPERIALIS ACADEM. NATVR. CVRIOSOR. PRAESIDE
ET COMITE PALAT. CAESAREO,

PRO GRADV DOCTORIS

SVMMISQUE IN MEDICINA HONORIBVS ET PRIVILEGIIS
DOCTORALIBVS LEGITIME IMPETRANDIS,

D. XXIII. EEBR. A. S. R. C^IO^ICCLII.

IN REGIA FRIDERICIANA

PUBLICE DEFENDET

AVCTOR

IOSEPHVS ROESSEL

STRIGOVIO-SILESIUS.

HALAE MAGDEBURGICAE,

TYPIS IOANNIS CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.

